



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 107. Fœdus Mechliniense Fœderatus inter & Angliæ Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Secul. XVI.
A. C. 1513.

§. CVII.

*Fœdus Mechliniense Fœderatos inter
& Angliæ Regem.*

Guicci. l. IX.

Dum hæc in Italia geruntur, Henricus VIII. Angliæ Rex cum numeroſo exercitu Franciam invadere parabat; Mechliniæ enim cum Fœderatis armorum ſocietatem inibat, quam Margaritha ab Austria Belgii Gubernatrix, cum Cæſaris Patris ſui, necnon Angliæ Legatorum auctoritate ſuffulta eſſet, die quinta Aprilis concluſit, ea lege, ut illa demum ab ipſo ſummo Pontifice, Imperatore, Regeque Catholico firmaretur. Erant autem hujus fœderis articuli. I. Trigeſimo poſt ſancitum fœdus die Fœderatorum ſinguli Galliarum Regi bellum nunciabunt, extra Italiæ fines inferendum, & quidem Papa in Provincia, vel Delphinatu, Cæſar in alio loco, Arragoniæ Rex in Bearnia vel Aquitannia, denique Anglus in Normannia, vel Picardia Gallos invadent. II. In omnes, qui huic fœderi obſiſterent, cenſuras feret Pontifex. III. Ad belli ſumptus Henricus VIII. centum aureorum millia trina ſolutione numerabit, nempe bello mox indicto, item eo inchoato, ac demum tertio poſt Menſe IV. infra unius Menſis ſpacium Cæſar, atque Angliæ Rex,
poſt

post bimestre vero Papa, & Rex Arrago- Sæcul. XVI.
A.C. 1513.
niæ foedus ratum habebunt, addita
hac conditione, ut foedus si Leo ac Fer-
dinandus intra præscriptum tempus
accedere negligerent, nihilominus illud
Cæsarem inter & Angliæ Regem fir-
mum persisteret. V. Denique, Fœdera-
ti cuicumque demum exceptioni nun-
cium mittent, præcipue vero illi, qua se
non suo, sed procuratorio nomine foedus
sanxisse, obtendere possent. His arti-
culis Londinum delatis, Carroz de Vil-
laragud Ferdinandi Legatus die duode-
vicesima Augusti hæc pacta regiis literis
firmavit, necnon die vigesima quinta e-
jusdem Mensis nomine Ferdinandi Ar-
ragonis Regis, ac Joannæ Castellæ Re-
ginæ pollicitus est, quod ambo Principes
hosce articulos integra fide servaturi
essent.

§. CVIII.

*In navali pralio Anglos inter & Gal-
los Anglicæ classis Architalassus
occisus.*

Priusquam Angliæ Rex instructo agmi-
ne Franciam invaderet, navale præ- Mem. du
Bellai I. I.
Argentre
hist de
Bretagne.
lium, idque acerrimum committitur:
Jam enim Mense Aprili Howardus nava-
lis militiæ Præfectus cum triginta dua-
bus bellicis navibus in altum præcurre-
bat,

Hist. Eccles. Tom. XXXII.

M m bat,